

quibusdam simplicibus peregrinis, id eoque; singulis annis immutandum prout cursus, ut vocant, apud mercatores variat. Istis, ut emptor discerneret, hanc asterisci notam * præfigere volumus. Pluribus nolo Lectorem remorari, ad medicamenta properantem, cui id spondere ausim varia multiplicique; medicamentorum tam domesticorum quam exoticorum suppellectile, quam nullis sumptibus nulloque labore parcentes collegerunt collectamque; omnium usibus pretio tolerabili exhibent Pharmacopolæ Urbis, & Artis suæ peritissimi & in ornandis officinis splendidissimi, abundè hic esse prospectum & crumenis & saluti mortalium. Tertius hic Medicam Facultatē Hafnientem versat labor jam ab annis quinquaginta, pari ferè annorum intervallo. Primus fuit 1619, secundus 1645, tertius 1672, sed certus sum hanc, quam nunc damus, Taxam cæteris esse perfectiorem & numero medicamentorum, & ordine, & lingvæ peregrinæ accessione. Nihil tamen illis detractum volumus, qui nostra tempora præ-

cesse-